

1085

P A T R I S T I C I.

1086

thia) *Heinricus de pernek, Richardus de holenek, Hainricus paumgartner, Domina Margareta de Goldek, dominus Wulfgangus de stubenberch iunior, quem Wulfgangum III. putem, Vlricus plebanus de Goffe, Dominus Dietricus de statek, Dominus Vlricus Pincerna de Ramsteaig, Tutta abbatisa, Domina Albæidis De Grecz, Domina habil (Barbara) de pekach.* Item ad diem VII. Id. Mart. *Hodie seruiendum est conuentui a domino Ottone De hannawe, et ad diem IV. Id. ejusd. Hodie seruiendum est conuentui a domino chunrado scriba et a domino leotoldo de Stadekk quondam Marsch. in austria.*

CCXCII. VII. 32

839

Codex partim chartaceus, partim membraneus Sec. XV. Folior. 171. 8. non una manu, maximam partem tamen probe scriptus et rubricis distinctus, olimque *κρημα Fratrum S. Crucis in Colonia* haec complectitur: I. *Incipit epistola beati bernardi ad sacerdotem.* Hoc modo: *Reuerendo sacerdoti frater. b. ille seruus antiquus et nouus in nouitate uite ambulare. Sitis superque comperitum est quam anhelanti desiderio &c. A Bernardo abjudicat Mabillonius edit. Paris. 1690. Vol. II. col. 523. aitque se inscriptam vidisse: Gemma Crucifixi. Ipse instructionem Sacerdotis insignit. In Cod. subiacet haec clausula: *Explicit epistola beati Bernardi Abbatis clareuallis Anno domini**

M^o CCCCXXX^o. in profesto beati Mathei apostoli et Ewangeliste per fratrem bermannum conuentuallem Colonien.

II. fol. 28. p. 2. *Incipit epistola magistri gerardi magni (seu Groot) ad quendam sacerdotem. Codex DCLXXX. addit: Prouincie Maguntine. Eum, si lubet, adi. Exemplo praesenti subscriptus est annus 1433.*

III. fol. 33. *Incipit deuota exhortacio ad sacram christi communionem. Praeit elenchus Caputum XVIII. prorsus idem, qui in antiquis Codicibus et genuinis Librorum IV. de Imitatione Christi Editionibus habetur. Nomen Auctoris Thomae a Kempis non comparet, id, quod passim fit in Exemplaribus Librum hunc IV. seorsim exhibentibus. Lectio valde castigata est. Initium: *Venite ad me omnes &c. Finis: nec ineffabilia dicenda. Et sic est finis huius libelli. Deo gratias.**

IV. fol. 56. *De modo habendi se in ecclesia precipue inter missarum sollempnia. Pia institutio, praecipue modum cum fructu adfistendi Sacrificio docens. Ejus initium est: *Sanctum dei templum etiam materiale decet quemlibet christianum venerari corde et corpore. Tu igitur quoties dei ecclesiam videris &c. Et finis: quolibet tempore tam die quam nocte. Auctor non proditur.**

V. fol. 70. p. 2. *De modo communicandi sacrosancto sacramento Corporis Domini nostri ihesu christi. Init: *Tempore sacrosancte communionis pro primo exercitio**

citio tuo et ante omnia nitere in quantum preuales vires tuas supreamas recolligere &c. Finit: cui libet volenti digne et deuote communicare. Subditur: *Explicit deuotus libellus de sacrosancto sacramento corporis domini nostri ihesu christi. ymo non tantum libellus sed plures libelli ut patet pro diuersitate materie. Per manus fratris Conradi Conuentualis Colon.* Sed cuius ingenio? Quod boni illi parum curabant.

VI. fol. 79. p. 2. *Incipit tractatus de eo, quomodo boni differant a malis.* Initium: *Cum bonis ambula. In hoc cathonis documento praecipitur familiaritas et societas bonorum et implicite prohibetur societas malorum &c.* Finis: *Et sic boni differunt a malis.* Claufula: *Deo gratias. Explicit. Orate pro fratre Conrado, qui hoc et plura alia ad edificationem scripsit.* Siquidem *to scripsit* ad elaborationem referendum foret, haberemus hic Ascetam trium praecedentium Tractatum autorem nemini, quod sciam, haecenus memoratum, Harzbemiique Bibliothecae addendum.

VII. fol. 87. *Ex libro beati Augustini de moribus ecclesie catholice.* Excerptum incipiens a L. I. c. 31. verbis: *Quis non illos*

*O pugna mirabilis. O tropheum dignum.
Agnus lupum perimit innocens malignum
Qui per lignum uicerat victus est per lignum
Quod est terror hostium quod est vite signum &c.*

XI. fol. 151. *Sermo beati bernardi de septem gradibus confessio-*

miretur et predicet &c. usque ad C. 33. verba: *se fatetur invalidum.* Vide edit. Maur. T. I. col. 710.

VIII. fol. 91. *Collectum pro communicantibus a reuerendo magistro Matheo de cracouia doctore sacre Theologie parisiensis.* Alias *Dialogus Rationis et Conscientiae.* Initium: *Multorum tam clericorum quam laycorum querela est non modica &c.* Cod. DCXXXVII. et alias saepe relatus in praesenti hac gaudet claufula: *Expliciunt disceptationes conscientie et rationis Reuerendi magistri Mathei de Cracouia &c.* ut supra.

IX. fol. 127. *Speculum Monachorum.* Initium: *Primo considerare debes quare veneris &c.* Legitur Opp. Bernardi edit. Maur. T. V. col. 809. et inter Bonaventurae Opera Lugd. 1668. f. T. VII. p. 613. inscriptum *De Institutione Novitiorum Pars I.* De eo jam dictum alibi. Ad finem praesentis adiectum: *Et quicumque secutus fuerit hanc regulam pax ihesu christi uiuit in eo Amen.*

X. fol. 146. *Piae Contemplationes partium corporis Christi patientis, quas inchoant Rhythmi per modum prosae in Exemplo scripti, hujus tenoris:*

nis. In illud: *Notas mihi fecisti uias vite &c.* Pl. 15. 10. Initium:

1089

P A T R I S T I C I

1090

tium: *Ad te quidem libenter accedimus domine ihesu discipuli ad magistrum &c.* Edit. Maur. T. III. col. 1165. inter dubios.

XII. fol. 158. *Parabola beati bernardi abbatis de guerra inter babilonem et iberusalem.* Initium: *Inter babilonem et iberusalem nulla pax est, sed est guerra continua &c.* Inscribitur etiam *de Conflictu vitiorum et virtutum*, et legitur inter *Parabolas Bernardo* tributas loco secundo edit. cit. T. III. col. 1248.

XIII. fol. 162. Sermo in ilud: *Sicut mater consolatur filios suos, ita consolabor vos.* II. 66. 13. hoc ingressu: *Magna est super nos fratres karissimi pietas conditoris nostri qui multo ampliori affectu nos diligit quam aliqua mater filium suum diligere possit &c.* In *Bernardi* operibus frustra quaesitus eum tamen aemulatur.

Alpha et Ω, magne Deus,

pro quo Codex: *deus meus*, minus recte. Est et cetera Exem-

Pium cantem letanter alleluia.

τω laetanter manifeste redundante.

II. fol. 3. Pius ad Deum Affectus, quem inter *Hildeberty*,

Auribus intentis mihi sancte precor deus assis.

Pauperiem serui rex miserere tui.

Distichorum 18. quorum postremum:

Sentiat ut totus quia me dignabere mundus.

Nec me destituas quem pater alme iuuas.

Denis Codd. mss. theol. Bibl. Palat.

Habes in eo *septem* genera lacrimarum, *duo* ubera Misericordiae Dei, quae sunt Divinitas et Humanitas, e quibus fuguntur *quindecim* bona &c. Ita totus arithmeticus est.

CCXCIII.

VII 73

Codex membraneus lat. partim Sec. XIII. partim XIV. partim XV. Folior. 226. 8. majorem partem nitide exaratus, rubricis distinctus, et olim *Fratrum Carthusiensium prope Confluenciam Montis sancti Beati*, plura continet, quae hic enumerantur: I. *Incipit oratio sancti Hildeberty Cenomannensis episcopi.* Illa, quae ad III. divinas Personas rhythmis dirigitur, et in edit. *Opp. omn. Paris. 1708.* f. col. 1337. ita init:

plar Editis mendosius, ut vel ex ultimo versu patet:

cujus tamen esse possit, Carmina non inveni:

III.